

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICORUM
LIBER II

ARGUMENTUM.

HABET hic liber de plantatione partes septem, I. Modos omnes producendarum arborum, tam ex natura, quam ex arte. II. Varias earum species, & quo singule modo tractandæ sint, naturali, an artificiali. III. Quibus singule locis felicitas perveniant: ubi excurritur in laudes Italici soli. IV. Artem discernenda natura ejusque soli. V. Culturam vitis. VI. Culturam oleæ, & aliarum aliquot arborum. VII. Epilogum de vite rustice felicitate.

Hæstus arborum cultus, & sidera cæli:
Nunc te, Bacche, canam, necnon silvestria tecum
Virgulta, & prolem tarde crescentis olive.
Huc, pater o Lenæ: tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus autumnus
Floret ager, spumat plenis vindemia labris.
Huc, pater o Lenæ, veni: nudataque mullo
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.

INTERPRETATIO.

Huc usque locutus sum de cultura agrorum, deque signis caelestibus: jam loquar de te, o Bacche: & de silvestribus arboribus tecum, deque jobole oleæ lente crescentis. Huc adis, o Bacche pater: hic omnia repleta sunt tuis donis: ager floret tibi onustus pampini autumnalibus: vindemia spumat plenis vasis. Huc adis, o pater Bacche: & mecum tinge novo vitis juvas nudas detrahit calcocamenta.

NOTÆ.

2. Nunc te, Bacche, &c.) Argumenta proponit hujus libri præcipua. Per Bacchum, vinum intelligit: per prolem olive, vel fructum, vel propaginem olearum: per virgulta, generatim silvestres omnes arbores.
3. Tarde crescentis olive.) Olive tam tarde crescit, ut per ducentos annos crescere a quibusdam dicatur: tam tarde fructum olim tulit, ut ex Plin. l. 15. c. 1. Hesiodus negaverit oleæ satorem fructum ex ea percipisse quemquam; ita tamen a tate baccas secundo anno decerpi, ait idem Plinius. Hinc dicta Græcis *ἄργεος* sero genita, *ἄργεος* sero fructum ferens.
4. Pater Lenæ.) Invocatio Bacchi solius; quia præcipuum hoc libro studium impendit in vinearum cultu præscribendo. Lenæus, Bacchi nomen: nec nisi iuncta mente, ut Donatus putat, sed a dno seculari. At Pater, licet de omnibus Diis communiter, tamen de Baccho præfer-

tum dicitur. Ita Vellejus de M. Antonio l. 2. Cum curru velut Liber pater vocatus esset Alexandria. Hor. Epit. 2. l. 5. Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux. De Baccho ejulque insignibus, Ecl. 5. 29. 69.
5. Pampineo gravidus autumnus, &c.) Diomedes exilicem vocat hunc versum, quod in quinta sede iambum pro spondeo habeat.
6. Floret ager.) Vites autumnum non florent: adeoque hic *florere*, non proprium, sed metaphoricum est. Sic *Æn.* 7. 804. *florentes ære cætervas.* Lucret. l. 5. *florēt mare navibus*, id est, abundat, gaudet, &c.
Labris.) Labrum velis genus, in quo lababant, quasi *secularium*.
7. Mullo tinge novo.) Redundat hic novum, iuncta aliquos: *Mulum enim sine addito vitinum novum est*, immo *novum* simpliciter, ut scribit Nonius, citaturque in illa significatione.

Pri-

Principio arboribus varia est natura creandis.
10 Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ Sponte sua veniunt, camposque & flumina late Curva tenent: ut molle siler, lentæque genitæ, Populus, & glauca canentia fronde salicæ.
Pars autem posito surgunt de femine, ut alta
15 Castaneæ, nemorumque Jovi quæ maxima frondet Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis densissima silva:
Ut cerasis, ulmiisque: etiam Parnassia laurus
Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.
20 Hos natura modos primum dedit: his genus omnè Silvarum fruticumque viret, nemorumque sacrorum.
Sunt alii, quos ipse via sibi reperit usus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum

De-
Primo natura diversa est in producendis arboribus. Aliæ enim, nullis hominibus per artem compellentibus, ipsæ ultro nascuntur, & late occupant agros, & amnes flexuosos: ut siler tenerum, & genitæ flexibiles, & populus, & salices albescentes soliti virentibus. Aliæ vero oriuntur ex jacto semine: ut castaneæ sublimis, & æsculus, quæ maxima in silvis frondescit ad honorem Jovis, & quercus quæ existimata sunt a Græcis oracula. Aliæ emittunt a radice profundissimam multitudinem ramorum: ut cerasis, & ulmi: laurus etiam Apollineæ parva arboris se sub grandi umbraculo matris luce. Natura primo suppeditavit tres illos modos, quibus virent omne genus silvarum, & virgultorum, & lacorum sacrorum. Sunt alii modi, quos ipsa experientia sibi invenit certa ratione. Hic avellens ramulis e trunco tenero matrum

NOTÆ.

quod Jovi dicatum est; quidam cum fago confundunt. Ecl. l. 1. De quercubus ejus nemoris, e quibus oracula reperti solebant. Ecl. 9. 13. Cerasis ulmiisque.) Cerasus, Ital. Crisæus. De coturnis, Ecl. 7. 32.
9. Principio arboribus.) I. PARS. De modis quibus arbores proveniunt, tam a natura, quam ab arte. A natura tribus modis oriuntur, sponte sua, femine forerito, & radice: femine, inquam, forerito, est enim quedam seminatia, quæ ad artem etiam pertinet. Ab arte quor modis oriuntur, vide v. 22.
12. Siler, lentæque genitæ.) Siler, frutex humilis & lentus, Arbores senza fronde: ut & genitæ, Ital. Ginestra.
13. Populus.) Ital. pioppo. Triæ hujus genera: a *viduus* apium. Ulmus arbor nota, olmo. Laurus, Ecl. 2. 54. Parnassia, quia frequens in Parnaso, vel quia in tutela est Apollinis, cui sacer est Parnassus.
21. Fruticum.) Frutices, qui & virgulta: perne viridis, ut notat Matthioli. Causam duplicis hujus coloris reperce, ex Ecl. 7. 61.
Glauca canentia fronde salicæ.) Loca arboribus constituta dixit, pro ipsis arboribus, salicæ vel salicetæ, pro salicibus, Ital. salici. Multiplex earum species: præcipua alba, quæ validioribus affurgit ramis: & quemadmodum populus, foliis hinc virentibus, inde albescentibus notabilis est. Reliquæ gracilioribus virgibus serè consistant, & inter vimina recensentur.
23. Castaneæ.) Ital. Castagne. Æsculus, arbor glandifera, frequens in Dodonæo nemore, & fulcis sive ferrobibus mandantur.

Deposuit sulcis: hic stirpes obruit arvo,
 25 Quadrifidaque fudes, & acuto robore vallos:
 Silvarumque alia pressos propaginis arcus
 Expectant, & viva sua plantaria terra.
 Nil radicis egent alii: summumque putator
 Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
 30 Quin & caudicibus scissis, mirabile dictu,
 Fruditor e sicco radix oleagina ligno.
 Et sepe alterius ramos impune videmus
 Vertere in alterius, mutatamque insita mala
 Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.
 35 Quare agite o proprios generatim discite cultus,
 Agricola, fructusque feros mollite colendo.
 Neque segnes jaceant terræ: juvat Ismara Baccho
 Conferere, atque olea magnum vestire Taburnum.

committit eos fossili. Ite sepelit terra radices, & perticas fissas in quatuor partes, & palos rivos acuminato. Alie arbores desiderant ad propagationem palmites arcuatos deprimi, & plantis rivos in propria terra detodi. Alie non indigent radice, & amputator non timet reddere terræ committere summum fastigium rami. Præterea ex sicco stipite olea, ramis circumscissis, emittitur radix oleacea: quod mirum est dictu. Et sepe cornibus ramos uisus arboris sine damno mutari in ramos alterius, & prunam transformatam producere mala sibi insita, & dura corna rubescere in pruno arbore. Agite igitur, o coloni: discite culturam singulis generibus congruam, & mansuetate per cultum fructus singulorum. Cavete vero ne terræ sint inutilis: prodest Ismarum vitibus implere, & tegere oleis magnum Taburnum.

N O T E.

24. Hic stirpes.) II. Modus. Defossio stirpium, id est, imi & crassioris trunci cum radicibus, Ital. le radici.
 25. Quadrifidaque fudes &c.) III. Modus. Infossio palorum, sive in quatuor partes, sive in acumen incisuram, Ital. Pali. Robore.) Hic truncum ipsum pali significat, qua parte durior est: sic enim Plin. l. 17. 17. Ramo sententur & punicæ, item myrtus, longitudine primum pedum, trunco prius excavato. Alibi aliud est robur. G. 1. 162.
 26. Silvarumque alie, &c.) IV. Modus. Propagatio, que præsertim in vitibus usui est, Ital. putare. Cum palmites et trunco in terrâ arcuatim inclinatur, evaduntque novas in plantas: que sua, id est, propria nativæque terra deinde pullulant, & vides dicuntur, quia non revidentur a matris corpore, sed ei semper adhaerent. Propago, est palme ille inflexus, quo vitis propagatur & multiplicatur, Ital. innesto.
 28. Nil radicis, &c.) V. Modus. Infossio summi fastigii, sive taleæ & cacumine rami amputatæ, nec abique radice crescit & virescit.
 30. Quia &c.) VI. Modus. Infossio circumscissæ stipitis, qui non acuminatus, non & cacumine decussus, ut in tertio, quartoque modo didum est: sed præcisus ab utraque parte, & ramulis undecumque spoliatus, radicem ex se se progit. Caudex in arboribus idem est quod caulis in herbis: nempe id, quod a terra simplex assurgit, ex quo rami, & folia circum erumpunt, Ital. la pianta.
 32. Et sepe alterius, &c.) VII. Modus,

*Infitio, cum furculus unius arboris alteri immittitur, quæ quasi in ejus naturam transit: Ital. innestamento. De ea sutius infra v. 73. 33. Vertere.) Id est, vertere se, ut G. 3. 266. In glaciem vertere lacum, id est, verterunt se. Et Æ. 1. 108. tum prova averiti: id est, avertit se. Et Æn. 2. 229. novus per pectora cunctis infusus parvor; id est, infusatur se.
 34. Prunis... rubescere corna.) Cornum, fructus est, cornus, arbor, Ital. corno albato. Sensus ambiguis, vel enim dicit, corna insita rubescere in prunis arboribus: vel cornos arbores rubescere prunis insitis, quo sensu, ut nemo, non corda, sed corna, dicendum fuisse. Sed in eodém Virgilius fradum fuisse pro arbore: ut inferius v. 426. poma usurpat, non pomia.
 36. Fructusque feros.) Plinius l. 17. c. 10. de plantis: mansuescent tractatu, ceu fera.
 37. Juvat Ismara, &c.) Ismarum & Taburnum pro quibuslibet montibus accipit. Ismarus, plurali neutro Ismara, in maritima Thraciæ regione mons, non procul ab ostiis Hebræi. Regionis incolæ Cicones ab Homero appellantur: ipsa regio, porcelebris vino: quo Ulysses Polyphemum Cyclope inebriasse narratur Odys. 9. 197.
 38. Taburnum.) Taburnus mons Campaniæ in confinio Samni, hodie Taburno.
 39. Decurre laborem.) Plinius omnes allegoriam hanc a circo repetunt, in quo citatis equis decurrebatur: confirmantque suam sententiam his postremis libri hujus versibus 8: I jam tempus equum sumantia solvere colla, &c.*

Tuque ades, inceptumque una decurre laborem,
 40 O decus, o fama merito pars maxima nostræ,
 Mæcenas, pelagoque volans da vela patenti.
 Non ego cuncta meis amplecti veribus opto:
 Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
 Ferrea vox. Ades, & primi lege litoris oram.
 45 In manibus terræ: non hic te carmine ficto,
 Atque per ambages & longa exorta tenebo,
 Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,
 Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.
 Quippe solo natura sebest. Tamen hæc quoque si quis
 50 Inserat, aut ferocibus mandet murata subactis,
 Exuerint silvestrem animum, cultuque frequentii,
 In quascumque voces artes, haud tarda sequentur.
 Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,

Tu quoque sive mihi, o Mæcenas, vere ornamentum & pars maxima fama mee; & perscrutere mecum susceptum opus: & navigans pande vela mari aperto. Non ego cupio comprehendere omnia meo carminibus: Non, si habere centum linguas, & centum ora, & vocem ferream. Fæce mihi, & rade oram proximi litoris. Terra est in propinquo: non hic morabor te poemate fabuloso, per circuitus, & exordia proluxa. Quæ arbores ultra erigunt se in ærem, oriuntur quidem steriles: sed ample & robustæ: quæ autem nativæ inest terræ. Atamen si aliquis citius immittat his furculos aliarum, aut has translatis committat fossis præparatis, deponunt naturalem asperitatem, & per assiduum culturam, quocumque artificiali modo tractaverint, parvum colentur. Partier illa, quæ surgit sterili & radice, idem

N O T E.

32. Ego a navigatione repeto, ut & cætera Naviga dum mare patet & aperium est, non clausum ventis: id est, Aspice mihi, dum vena iam aqua inservit: apud Catul. 67. 6. Ausi sum fuit, dum scribere incipio: & lege litus terræ vada assua citia decurrere puppi. Æn. 5. 212. Proxima peti maria & pelago decurrit aperto.
 41. Pelagoque volans, &c.) Antea rogaverat Mæcenas, ut secum laborem susciperet: mox idem iterat per allegoriam, invitandò, ut secum naviget. Solemne est autem vetustis scriptoribus, grave quodlibet inceptum per navigationem explicare: quod Galli quoque familiariter sermone usurpamus, s. *carburquer*, Ital. *immenger in facende*, id est, negotium aliquod suscipere. *Volans*, id est, navigans; mutua est enim metaphorâ inter volatum, & natatum, aut navigationem. Sic Æn. 5. 219. de navi Mæsthesi: sic illam fert impetibus ipse volantem. Et Æn. 6. 16. de volatu Dædali, *insuetum per iter gelidas enavit ad Aethi.* Et ibid. v. 19. *Tibi Phœbe sacravit remigum alarum.* Et G. 4. 59. de apibus, *Nave per æstatem liquidam suspexeris agmen.*
 44. Primi lege litoris oram.) Nete, o Mæcenas, alto mari committas: sed lege tantum, id est, stringe terrarum litora. Tamen cum antea dixisset, *pelago da vela patenti*, videtur quibusdam hic secum pugnare Virgilius. Alii agnoscunt hic litorem, quæ correptio dicitur, quali tunc hic litorem, quæ correptio dicitur, quali dicit: *Expende vela in altum. Quamquam non omnia dicam, sed summa tantum capita, tuque lecte dumtaxat litus.* Ego neque correctionem, non est dumtaxat eam alteri inferere, sed neque pugnâ hic agnosco: patens enim mare, hic non altum & longe remotum litore: sed mare significat; sed hunc habet sensum: *insam juvenis.*

- Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:
 55 Nunc alæ frondes & rami matris opacant,
 Crescentique adimunt fœtus, uruntque ferentem.
 Jam, quæ feminibus jactis se sustulit, arbos:
 Tarda venit, feris factura nepotibus umbram:
 Pomaque degenerant succos oblita priores:
 60 Et turpes avibus prædam fert uva racemos.
 Scilicet omnibus est labor impendendus, & omnes
 Cogendæ in sulcum, ac multa mercede domandæ.
 Sed truncis oleæ melius, propagine vites
 Respondent, foliis Paphiæ de robore myrtus.
 65 Plantis eduræ coryli nascuntur, & ingens
 Fraxinus, Herculeæque arbos umbrosa coronæ,
 Chaonique patris glandes: etiam ardua palma
 Nascitur, & casus abies visura marinos.
 Inferitur vero ex fœtu nucis arbutus horrida,

70 Et

idem faciet, si disponatur per campos patentes: nunc alia folia & rami matris inumbant eam & adimunt fructus surgentis, & evocant ferentem fructus. Quæ autem arbor extulit se e se-
 mine procreata, lente crescit, lento dativa umbra, posteris: & fructus eius degenerant, amisso
 priore sapore: & vitis gerit vites racemos, qui sunt præda avium. Nempe cura est adhiben-
 da erga omnes, & omnes redigende sunt in ordinem, & subigenda magno sumptu. At oleæ
 melius ex caudicibus, vites per propaginem proveniunt, myrtus Veneris & crassi palis. Oriuntur
 & stirpibus duræ coryli, & magna fraxinus, & populus arbor umbrifera, ex qua Hercules
 corona fuit; & quercus Jovis Dodonæ: oritur etiam sic alia palma, & abies, quæ expertura
 est pericula maris. Arbutus autem horrida inferitur succulo nucis, & pla-

N O T Æ.

60. Uva racemos.) Aut hic uva pro vite,
 aut racemus pro acinis uvæ ponitur. Nam-
 que, ut admonet Taubmannus, uva, racem-
 us, & botrus, idem plane; scilicet rotus
 ipse fructus vitis: partes ejus sunt acini, sive
 grana; partes acini, folliculus, sive cutis,
 succus, caro, & nucleus.
 62. Multa mercede.) Vel multo labore, vel
 multo lumpum.
 64. Sed fraxinus oleæ, &c.) Docet quo singu-
 lar modo melius arbores per artem tractandæ
 sint. I. Trunci oleæ: id est, caudicibus unde-
 cumque sectis, qui sextus est modus, supra
 v. 30. Quin & caudicibus, &c. Traditur effeco
 vadix oleagina ligno. II. Propagine vites; qui
 quartus est modus, v. 26. Alia presfos propagi-
 nis arcus, &c. III. foliis de robore myrtus, id
 est, palo acuminato; qui tertius est modus,
 v. 25. Et acuto robore vallos. Et vero sic Plin.
 l. 17. 17. Ramo feruntur & punica, item myr-
 tus, longitudine trium pedum, trunco prius excu-
 to. Robur est ipsa pars trunci sive rami
 durior, ut dicitur v. 25. IV. & V. Plantis
 eduræ coryli, &c. id est, vel folionibus, vel
 stirpibus, qui primus & secundus modus est,
 v. 23. Hic plantis tenero abscindens, &c. VI. In-
 feritur vero ex fœtu nucis arbutus; id est, nux
 arbutio infusa melius succedit: Arbutus, Ital.
 corbezzolo. Ecl. 2. 82. Unus e septem modis sur-
 perelli, nempe decacuminatio, sive talea: cujus
 usum non attingit; quia sere convenit vel
 cum tertio modo, vel cum sexto.
 64. Paphiæ.) Veneris, a Papho, urbe in in-

- 70 Et steriles platani malos gessere valentes:
 Castaneæ fagus, ornusque incanuit alio
 Flore pyri: glandemque sues fregere sub ulmis.
 Nec modus inferere atque oculis imponere simplex.
 Nam qua se medio trudent de cortice gemmæ,
 75 Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
 Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germem
 Includunt, udoque docent inolefcere libro.
 Aut rursus enodes trunci refecantur, & alte
 Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
 80 Plantæ immittuntur. Nec longum tempus, & ingens
 Exiit ad cælum ramis felicibus arbos,
 Miraturque novas frondes, & non sua poma.
 Præterea genus haud unum, nec fortibus ulmis,
 Nec salici, lotoque, nec Idæis cyparissis:
 85 Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ,

Or-

& platani infuscande ulorum malos robustas: fagus sive alia flore castaneæ, & ornus candi-
 do flore pyri: & porci comedentur glandes sub ulmis. Nec una & eadem res est, inferere, &
 inoculare. Nam qua parte oculi arborum emittunt se e medio cortice, & rumpunt tenuem
 pelliculam; arbus sinus aperitur in ipso oculo: in quo includuntur oculum ex alio arbore deci-
 dum, eumque docent concorporari cum cortice interiore humido. Aut præterea trunci caren-
 tes nodo scinduntur, & profunde rima aperitur cuneis per medium lignum: postea steriles
 surculi insuntur: nec longo post tempore magna arbor surgit in ævum ramis fructiferis, mi-
 raturque nova folia, & fructus non sui generis. Præterea non est unica species, nec ulmo-
 rum robustissimum, nec salicium, & lotorum, & cyparissarum Idæarum. Nec olivæ pingues ori-
 untur eadem fagum, Or-

N O T Æ.

- lentes ac robustos, ut etiam navium mali videri
 possent. Sed hoc durius. II. Scaliger legit: Ca-
 staneæ fagus: ita ut fagus sit in plurali nomina-
 tivo quartæ declinationis. At illa lectio, casta-
 neæ pro castaneæ, paullo sane audacior. III. Me-
 lius Abramus legit, non fagos, sed levi literæ
 unius immutatione Castaneæ fagus: ita ut ca-
 staneæ sit in genitivo, fagus in nominativo, per
 cæluræ licentiam hic producto: hoc sensu: fa-
 gus incanuit flore castaneæ, & ornus flore py-
 ri. Et vero flores castaneæ cum aliquo albore
 virefcunt: Fagus, Ital. faggio, Ecl. 1. 1. Ornus,
 Ital. Orno, Ecl. 6. 71. Pyrus, Ital. pero alloro.
 72. Glandemque sues, &c.) Significat quercus
 glandiferos ulmis fuisse infusas, ad paltum
 porcorum.
 73. Nec modus inferere, &c.) Describitur in-
 fusions duplex modus: unus qui proprie vocatur
 infusio, Ital. innestare: alter qui dicitur inocula-
 tio, Ital. inocchiare. Additur a Plinio ter-
 tius, emplastratio: quæ ab aliis cum inocula-
 tione confunditur. Videtur tamen, inter tres
 illos modos, id esse discriminis: quod infusio
 fiebat, alio arboris trunco, & surculis uno vel
 pluribus in ipsam trunci fissuram insertis. In-
 oculatio autem, sinu inter corticem ac truncum
 aperto, cui surculus includebatur. Emplastratio
 denique, sublatâ parte corticis, cuius in
 locum substituebatur alterius arboris gemma,
 quod rotunda sint: Radix, quod oblongæ
 pari magnitudine, quæ sublati corticis spatium
 sint infar radii textorii: Panis, quod ad
 oleum exprimendum tundantur, ab antiqua
 voce

Or-

Or-

Orchades, & radii, & amara pausia bacca,
 Pomaque, & Alcinoi silvæ: nec furculus idem
 Crustumis, Syriisq;ue pyris, gravibusq;ue tolemis:
 Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
 90 Quam Methymæo carpit de palmitè Lesbos.
 Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareoticæ albæ:
 Pinguibus hæc terribiles, levioribus illæ.
 Et passio Pnythia utilior, tenuisque lagueos
 Tentatura pedes olim, vincturaque linguam;
 95 Purpureæ, præterque. Et quo te carmine dicam
 Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.
 Sunt etiam Amminæ vites, firmissima vina:
 Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phænus:

Ar-
 Orchades, & radii, & pausia, quarum bacca acerbæ sunt: nec poma & arbores Alcinoi;
 nec genus idem est pyris Crustumis, Syriis, & tolemis ponderosis. Non eadem vva pendet e
 nostris arboribus Italiciis, atque illa, quam Lesbos arboribus pendet e vitæ Methymææ. Sunt vites
 Thasiæ, sunt quoque Mareoticæ albæ, Thasiæ apta solo pingui, Mareotica solo tenui. Et quo-
 que vitis Pnythia, quæ aptior est ad vinum cotinum, & lagueos subtilis, quæ aliquando pedes
 sagitta & alligat linguam. Sunt purpureæ, & præta. Et quo versu vos laudabo, o Rhætice?
 ne tamen idcirco pugnetis cum cellariis Falernis. Sunt præterea vitæ Amminæ, vina valde
 durabilia: quibus cedit & Tmolus, & Phænus ipse, princeps montium viviferorum; & par-

N O T E.

voce *parire*, id est, tundere: monet enim
 Columella, orchites & radios, ad eam esse,
 quam ad liquorem meliores: itaque pausia
 propter amaritatem ad oleum apta est.

87. *Alcinoi silvæ.* Alcinoi Phæacum rex,

hororum studio laudatus apud Homer. Od. 7.
 88. *Crustumis, &c.* Pyrorum species præci-
 pue tres eligit pluribus: *Crustumia* ab oppido
 Tusciæ Crustumio, subrubricunda: Ital. *Pero*
ghiaccole, ex Dalecampio in Plin. l. 15. c. 15.
 Syria, misrieanita, aliter *Tarentina* dicta,
 quæ & Syria Tarentum translata fuisse et
 Ital. *bergamotte*, juxta aliquos. *Volcma*, quod
 volam manus impleant, Ital. *buon cristiano*:
 unde quidam confundunt cum iis, quæ Plin-
 ius appellat *libralia*, a libræ pondere: sed
 hæc ad aliam speciem pertinent, cui nomen
 Ital. *pera di spataibra l'uno*.

89. *Arboribus.* Vel vitibus ipsis, quæ re-
 censeantur a Theophrasto inter arbores: vel
 olivis, quibus in Italia fuscantur. Harum
 species distinguit quindecim.

90. *Quam Methymæo, &c.* Lesbos insula
 maris Ægei, cujus urbs Methymna vino il-
 lustris.

91. *Thasiæ, &c.* Thasus, ejusdem maris
 insula. *Mareoticæ.* Fuit *Marcia*, lacus Æ-
 gyptius, Alexandriam a meridie alluens, &
 urbs lacu propinqua. Fuit *Mareotis*, Libya,
 seu Africa pars Ægypto contermina, quæ &
 Marmarica dicta est, nunc *Berea*. Fuit deni-
 que *Mareotis* alia, pars Epiri, seu Græciæ.
 Tribus his vinum *Mareoticum* attribuitur a
 diversis authoribus: lacu quidem & urbi ab
 Athenæo lib. 1. Lybicæ regioni a Strabone

lib. ultimo: Græciæ regioni a Colum. l. 3. 2.
 Plures tamen Libycum & Ægyptium fuisse
 censent, unde *Alexandrinum* quoque appella-
 vant.

93. *Passio Pnythia utilior.* De passio *Pnythia* &
Melampythis frequens apud varios auctores
 mentio: unde vero *Pnythia* nomen, obscu-
 rum est. Cerdanus suspicatur: vel ab oppi-
 do aliquo Græciæ derivatum esse: liquidum
 Columella l. 2. c. 2. *Pnythiam* vitem *Ægeu-
 lam* facit: vel a *Ψνθ*, quod apud Helychium
 est vinum illud, quod sponte & sine torculari
 profluit. *Passum* vinum est, quod fit ex uvis
 in vine duntaxat Sole aduflis ex Plin. l. 14. 9.
 vel ex uvis in lixivis & oleo ad ignem ali-
 quantulum exsiccatas ex Columell. l. 12. 16.
 Unde *passum* dicitur, vel quia Solem aut
 ignem patitur, vel quia Soli expanditur.

93. *Tenuisque lagueos, &c.* *Dægeos* leporaria,
 quæ leporis colorem refert. *Tenuis* dicitur: vel
 juxta Servium, quasi penetrabilis: quæ facile
 ebrietatem inducit. Nam, ut admodum idem
 Servius, *olim*, adverbium est ejuslibet tem-
 poris. Vel ut innuit Taubmannus, *tenuis*
 dicitur, quasi levis & exigua virtutis, quæ
olim, id est tarde ac lente admodum inebriat.

95. *Purpureæ, præterque.* Illæ a colore ne-
 men habent: hæc a maturitate, quasi præterque,
 inquit Servius: quia cito maturefcunt.
 96. *Quo te carmine dicam, Rhætice?* Lau-
 datur hæc vitis a Catone, a Plinio: apud
 Augustum etiam fuisse in pretio traditur a
 Sveton. 77. Testatur tamen Servius, eam a
 Catullo fuisse vituperatam: qui locus Catulli
 non extat: unde putat Virgilium in ea lau-
 dan-

Argitisque minor, cui non certaverit ulla,
 100 Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
 Non ego te, mensis & Diis accepta secundis,
 Transierim, Rhodia, & tumidis, bumaste, racemis:
 Sed neque quam multæ species, nec nomina que sint,
 Est numerus: neque enim numero comprehendere refert.
 105 Quem qui scire velit, Libyci vel æquoris idem
 Discere, quam multæ zephyro turbentur arenæ:
 Aut, ubi navigiis violentior incidit Eurus,
 Nosse, quot Ionii veniant ad litora fluctus.
 Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.
 110 Fluminibus salices, crastisque paludibus alii

N4.
 & parva Argitis, cum qua nulla alia possit contendere, aut duratione per
 tot annos. Non ego te prætorio, o vitis Rhodia, gratia Diis secundarum mensuram, nec te,
 o bumaste, iurgatis viti. Et non est numerabile quot sint earum species, & quæ sint nomi-
 na: neque vero interest eas redigere in numerum. Quem numerum quicumque vellet discere,
 idem vellet discere quot arenae moventur zephyro; aut quot fluctus Ionii alabantur ad litora,
 cum Eurus vehementer irruit in naves. Nec vero terræ omnes possunt producere omnia. Sa-
 lices oriuntur circa fluvios, alii circa pigras paludes.

N O T E.

orni

danda, dubitatione usum esse. Quamquam
 Turnebus figuram illam, quæ te carmine, &c.
 non dubitationi, sed admirationi tribuit,
 ac sentæ laudi, quæ locum ipsi inter optima
 vina assignat, sed post vina Falerna: ideo
 addit: nec cellis, &c. Firmatque sententiam
 auctoritas ex Plin. l. 12. 6. Rhæticas tantum Falerni-
 cas, inter Alpes Rhæticas ac Tridentinas:
 ubi hodie Grisones, Tridentina ditio, comi-
 tatus Tirolensis, vallis Tellina, &c.

97. *Sunt etiam Amminæ, &c.* Scribunt
 Plinius & Aufonius *Amminæum vinum*: Ga-
 lenus & Helychius *Amminæ*: igitur juxta il-
 los legendum: *Sunt & Amminæ vitæ*: & utro-
 que sane modo diversis in codicibus legitur.
 Ita dictum putat Aleciatus generatim vinum
 optimum, quasi *amminæ melius*: at sine teste,
 Macrobius esse conficit vinum ipsum Falerni-
 um, nam *Amminæ fuerunt, ubi nunc Falerni-
 num est*, inquit ille Satur. l. 2. 16. Virgilius
 tamen hic Amminæ a Falerno distinguit.
 Ego vinum puto tota sparsum Italia, ubi
 solas ab antiquis agnitas fuisse vites Ammi-
 næas testatur Columella, & suis quoque tem-
 poribus vetustissimas ita solitas nuncupari.
 Eo quippe translatae vitæ e Thesialia ab
 Amminæ Thesialia populis, ait Aristoteles in
 Polit. citante Philargyrio. Plin. vero l. 14. 2.
 Principatus datur Amminæ propter firmitatem,
 & sentioque proficentem vini ejus vitæ omnem.

98. *Tmolus, &c. Phænus.* De vino Tmolii
 montis G. 1. 6. *Phænus*, mons in pro-
 montorio Chii, insulæ maris Ægei, cujus
 vinum aliqui cum *Arvisso* confundunt, de

quo Ec. 5. 71. *Assurgit*.) Cedit, assurgimus enim
 iis, quibus honorem habemus. Ecl. 6. 66.

99. *Argitisque minor.* Minor majore præ-
 stantior; duplex enim est species ex Colum-
 mel. l. 3. 2. Nomen habet, vel ab *Argis*, Peloponnesi urbe, & re-
 gno, quasi *Argiva*.

101. *Non ego te, &c. Rhodia.* Mensæ pri-
 mæ, carnum erant; mensæ secundæ, pom-
 morum, & cæterorum ejusmodi, quæ *bellaria*
 generatim appellabant, Græci *ορυζαρια*,
 Ital. *la desertia*. In secundis illis mensis com-
 precabantur Deos, iisque vina libabant, et
 fundebantque, Mercurio præsertim: etiam
 aliis, Jovi, Junoni, Baccho, ut A. n. 1. 735.

Rhodum igitur vinum, & *Rhodo* mediterranei
 maris insula, aptum dicit; vel ad usum inter
 bellaria, vel ad solemnem illam libationem.

102. *Bumaste.* *Bumaste*, vitæcæ mannam
 magnitudine referens: *Bumastia* Varroni,
Bumammia Columellæ & Plinio dicitur.

105. *Libyci.* Vel Africa, vel Libyæ, quæ
 pars est Africa: de qua G. 1. 241. De *Zep-
 hyro*, Ecl. 5. 5. De *Euro*, G. 1. 371.

108. *Ionii.* Ionium mare dicitur, non
 quod Ioniam alluit, angustam Asiæ mino-
 ris regionem, inter Cariam & Æolidem:
 sed quod Sieliam inter & Græciam inter-
 fusum est: a quo mare Hadriaticum distin-
 guitur *Avrocravio* Epiri promontorio. No-
 minis origo incerta.

109. *Nec vero terræ, &c.* III. PARS. De
 sentioque proficentem vini ejus vitæ omnem.
 98. *Tmolus, &c. Phænus.* De vino Tmolii
 montis G. 1. 6. *Phænus*, mons in pro-
 montorio Chii, insulæ maris Ægei, cujus
 vinum aliqui cum *Arvisso* confundunt, de
 Infra v. 269. *Aquila*. Ecl. 7. 51.

Nascuntur, steriles saxosis montibus omnis
 Litora myrtetis latissima; denique apertos
 Bacchus amat colles, Aquilonem & Trigoram
 Aspice & extremis domitum cultoribus orbem
 115 Eoque domos Arabum, pictosque Gelonos
 Divise arboribus patrie. Sola India nigrum
 Fert ebenum, solis est turea virga Sabais
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno
 Balsamaque, & baccas semper frondentis acanthi
 120 Quid nemora Aethiopum molli carentia lana
 Velleraque ut foliis dependant tenuia Sesae

NOTAE

Aut
 arni in sacunda in lapidosis montibus: litora seracissima sunt myrtorum: denique vitis amat colles expostos Soti, taxi Boream & frigora. Aspice etiam ultimum orbem exultum ab aegyptiis, & regionem orientalem Arabum, & Gelonos pictos. Sua singulis arboribus patria assignata est. Sola India producit nigrum ebenum, sicut Sabaei habent ramos tinivere. Cur commemorarem nisi balsama Judantia ex odorifera arbor. & baccas acanthi semper frondentis? Cur dicam fibras Aethiopum, albentes molli lana? & quemadmodum Seres deducant & frondibus filatena?

NOTAE

115. Eoque domos Arabum. Arabum, orientales: ab Arabis, Aurora, quae inde oritur. Arabia, ingens Aë regio, sinu Persico ad orientem, mari rubro ad meridiem, sinu Arabico ad occidentem, Syria & Melopontia ad septentrionem definita: in tres divisa partes: in Desertam, in Felicem, ubi Sabaei, & Parthae ture indigens; & in Persicam, ubi Nabathae, suis quoque nobiles odoribus. Gelonos? Barbaros populos, de quibus ita Turnebus l. 29. 26. Populos Scythia omnes esse agnoscunt, & scribitur Geographi. Vilius Sequens populos Thraciae exponit: ita enim scribit. Geloni Thraciae populi, picti corporis parte: nisi si quis nomen Thraciae, ut mendacium suspiciat. Et vero videtur Virgilius eos in Thraciae collocare, G. 3. 461. Acerque Gelonus cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum. & lac concretum cum sanguine potat equino. Rhodopen enim Thraciae mons est: & Getarum Gens Dacia, Scythia tamen ac Thraciae continenda.

116. India nigrum Fert ebenum. Dicitur hoc ebenum, & hoc ebenus. De ea sic Plin. l. 12. 4. Unam & peculiaribus Indiae Virgilius celebravit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus cum Aethiopiae intelligi maluit. Romae tam magnus Pompejus in triumpho Mithridatico ostendit. Uritur odore jucundo. An Ebenus nostra vera fit dubitatur, quia sufficit nullum emittit jucundum odorem, unde eam Pena exillinat esse Guayaci speciem. De India, Sabais, & ture, G. 3. 57.

119. Balsamum. Balsamum, arbuscula est, de qua sic Plin. l. 12. 25. Omnibus odoribus praefertur balsamum, uni terrae Judaea concessum; quondam in duobus transim horti, ut in Galie regio. Ostendere arbusculam hanc ubi imperatores Vespasiani, nempe in triumpho Judae-

co. Servit nunc haec & tributa pendit cum sua gente. Servire in eam Judaei, sicut in vitam quoque suam: contra defendere Romani, & dimicatum pro fœditate est. Viti similior est, quam myrto. Et in ipso colles vinciarum modo, quae sine admittunt se ipse sustinent. Inciditur vitro, lapide, ostiende caligulis: ferro laedi vitro, hinc aut. Siccus e plaga monti, quem apud Arabum vocant, eximie suavitatis, sed tenuis gutta ploratu, lanis parva collectur in cornua. Praecipua gratia lacryma, secunda femina, tertia cortici, minima ligno; quod etiam odoratissimum est. Sic tamen Liptus, in Tacite. l. 5. 6. Aque ita sane inveniunt: postea non dubium suspem cum in Aegyptum transisse. Citatamen Josepho hinc est Judaica, antiqua lib. 8. 6. balsami fluida potius in Judaeam ex Aegypto transit: dono daci Salomoni a Nicaull, quam hic reginam facit Aegypti & Aethiopiae, sacra litera reginam Saba nuncupant.

Acanthi. Non est hic Acanthia opima, de qua Ecl. 3. 45. quae passim in agris reperitur, herba coronaria, sed arbor est peregrina, semper frondens, & baccis serax. Ea certe est Aegypti, sive accacia, flores habens candidos; femina item in siliquis, unde succus exprimitur medicus in usus expectatus, quae baccae dici possunt. Hinc & gummi sunt, quod vocant officinae Arabicum, quia plerique spinam Aegyptiam cum Arabica spina confundunt, Aobantiam, & 20333. porro dicitur omnis spina, ab 20333. acno: unde 20333. quoque ducitur: eadem igitur utriusque vocis origo est. Ita Budeus in Theophrastum l. 4. 3. Videtur nunc in Galie arbor illa, sed propter foli mutationem ab Aegyptia multum degener.

120. Quid

Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
 Extremi sinus orbis? ubi aera vincere summum
 Arboris haud ulla jactu potuerit sagitta:
 125 Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
 Media fert tristes succos tardumque saporem
 Felicis mali: quo non praesentius ullum
 (Pocula si quando saevae infecere novae,
 Miscueruntque herbas, & non innoxia verba)
 130 Auxilium venit, ac membris agit atra venena
 Ipsa ingens arbor, faciemque simillima lauro:
 Et, si non alium late jactaret odorem,

NOTAE

aut quid describam fibras, quas gerit India vicina Oceano, & quae est recessus ultimi mundi? ubi nulle sagittae possunt jactu superare supremum cacumen arboris: & tamen illa vasto non est pigra in usu pharetris. Media producit succos acrios, & letum saporem, nulli fortioribus: quo nullum vemedium certus est, & certius expellit, & corpore nigra venena: quando novaeae dormierunt potum, & miscuerunt cum eo herbas, & vicia perniciosa. Arbor ipsa magna est, & similis lauro secundum formam: & laurus esset, nisi circum emitteret alium odorem.

NOTAE

120. Quid nemora Aethiopum, &c. De iis Plin. l. 13. 14. Aethiopia Aegypto contermina ingens arboris non sine habet, praeter laniferas: quarum natura, in descriptione Indorum, atque Arabis, dicta est. Has autem Arabicas ita descriperat l. 12. 10. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quae maturitate ruptae ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt. Lana illa, species est fossipii, Ital. cotone. De Aethiopia. Ecl. 10. 68.

121. Velleraque ut, &c. Distinguntur plerique velleria byssina, bombycina, & serica: ita ut byssina sint e lino aurei coloris; bombycina e verme fatis notis; serica ex arborum lana. Et byssum quidem nasci perhibet Plinius circa Elim in Aobata, l. 19. 1. Bombycem vermiculum Assyriae attribuit lib. 11. 22. Eiusque velleris texendi artem a Pamphila quadam muliere repertam esse, in Coe mariis Aegaei insula, testatur ibidem, post Aristotelem, Hist. na. l. 5. 19. Unde celebrantur a poetis hae velles. Arbores vero sericas in extremo oriente, amud Seres populos, constituit Plinius, l. 6. 17. Seres laniferae spinam nobiles, Persiam aqua dependentes frondium canitum. Aethica quidem, sed ipsae ferax perimiles, castum vellorum mortalium fuerunt, cum commercia expectant. Hi fuerunt Scythia, India, & Sina contermini: unde cum iis omnibus vulgo confunduntur: videntur mihi eorum mores ad Sineses propius accedere.

122. Aut quos Oceano, &c. Plin. l. 7. 2. Maxima in India aguntur animalia. Arbores quidem tanta proceritate trahuntur, ut sagittis superari nequeant. Arundines vero tante proceritatis, ut iugula intermedia a loco navatae. Ubi ternos interduos homines serant. De India G. 3. 57. Arundines a nodis: serant in 4000

123. Extremi sinus orbis. Quia latissimum habet sinum, qui dicitur Gangeticus, versus oceanum Boam sive Orientalem: & tota illa regio terrarum terminus habita est; Sina, qui ad orientem ulteriores sunt, aut parum cognitis, aut Indorum nomine comprehensis. Aera summum. Vel cacumen arboris ita appellat, vel aerae cacumini circumscium.

126. Media fert, &c. Regio Aë, opibus insignis: ad septentrionem mari Caspio, ad meridiem Perside, ad orientem Hircania & Parthia, ad occidentem Armenia & Assyria, definita. Malum fert, Medicum nomine nomine, vulgo cirium, Ital. cedro. Quod quidem his odore notissimum est. I. Amaretic, caque lenta, quod duo palato inhaereat, ut explicat Philargyrius. II. Felicitate, seu fecunditate: ut enim ait Plin. lib. 12. 3. Arbor ipsa omnibus horti pomifera est, alii cadentibus, alii maturiscentibus, alii venteribus. III. Virtute adversus venena: futura, inquit Servius, non autem jam accepta. Immo ex Theophrasto, Athenaeo, Dioseoride, etiam adversus accepta, praesertim si cum vino succus ejus bibatur. IV. Foliorum cum lauro similitudine. V. Odoris fragrantia. VI. Visore perpetuo. VII. Tenacitate florum: qui abeunt in fructus, non facile vento aut maturitate excutendos. VIII. Ufu ad fetorem anhelitus corrigendum. Plin. l. 11. 53. Passorum populi hoc praecipue & a juvenia propter indolis cito cito: namque & vino serenti ora sermo: sed si procedit medentur, sermo. Affert mali, cuius est suavitatis praecipua in escaente adalio. Adde & mederi cinibus anhelis, id est, vel seride respirantibus, & idem erit cum priore sensus; vel althamias & difficile

O 2

Laurus erat: folia haud ullis labentia ventis:
 Mos apprima tenax. Animas & olentia Medi
 Ora fervent illo, & fenibus medicantur anhelis.
 Nec neque Medorum silvæ, ditissima terra,
 Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
 Laudibus Italiz certent: non Baccha, neque Indi,
 Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.
 Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
 Invertere, facis immanis dentibus hydri:
 Nec galeis densisque virum seges horruit hastis:
 Sed gravidæ fruges, & Bacchi Mæsticus humor
 Implere: tenent oleæque, armentaque læta.
 Hinc bellator equus campo sese ardens infert:
 Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
 Victima, sepe tuo perfusi flumine sacro,

Ro-
 fronder nullo vento decidunt: flos valde tenax est. Medi hoc malo corrigunt baltium suum,
 & cyrololeia ora, & medentur sensibus ambulatibus. Attamen, nec flos Medorum, regio
 opulentissima, nec pulcher Ganges, nec Hermus fluvius auro limo contendat cum laudibus Ita-
 lia: nec Baccha, nec India, nec tota Panchaia divites solo turifero. Tauri efflantes ignem naribus,
 non araverit hanc regionem, dentibus magni draconis seminat: nec seges riguis castidibus,
 & densis hastis militum. Sed secunda fruges, & Mæsticus liquor vitis, replent illam, & oleæ
 armentaque pingua occupant. Ex una parte equus bellicosus immittit se campis alta cervicē:
 ex alta parte greges ovium, & tauri, quæ sunt maxime victimæ, sepe toti sacris aquis vitæ,
 o Clitumne,

NOTÆ

respirantibus, & diversa erit sententia,
 nonaque mali virtus. Denique Plin. l. 12. 3.
 aic: tentaverit gentes transferre ad sese, pro-
 pter remedia præstantiam, siccibus in vasis: sed
 nisi apud Medos nasci voluit. Tamen
 deinde Palladii diligentia convulvit arbor
 in Italia, & inde propagata est.
 134. Apprima.) Pro apprimo: neutrum plu-
 rale pro adverbio, Græco more: id est, im-
 primis. Sic G. 3. 500. Et pede terram crebris
 ferit. Et. Ita pierique omnes. At Jos. Scal-
 liger & Gitanus legunt apprimæ, & contra-
 itas corripuit ultimam, Lucretiano more
 l. 6. 596. Testa superne timent, metuunt infer-
 ne cavernas. Et l. 4. 429. Longe tamen parte
 ab Junna, &c.
 136. Sed neque Medorum, &c.) Excursio
 in laudes Italiz: quam commendat 1. A
 malis quibus caret. 2. A bonis quibus ab-
 undat. Medorum silvæ.) Quæ mala citra pro-
 ferunt, de quibus v. 126.
 137. Ganges, &c. Hermus.) Aurifluis flu-
 vii: Ganges ex Emodis profluens montibus,
 Indiam duas in partes mediam dividens, in
 Oceanum Indicum exit meridem veritus:
 septem offiis, si fides Virgilio, Æn. 9. 30.
 negante tamen Strabone l. 15. Hermus Ly-
 diae fluvius, qui auctus Padolo, aurifero et-
 iam aurius, in Phocæicum sinum illabitur.
 138. Baccha.) Bacchiana regio Asiæ, inter
 Parthiam ab occidente, atque Indiam ab or-
 rientem, Oxo fluvio a septentrione definita.
 Bacchi, vel Bacchi populi sunt: Baccha, o-

rum, urbs eorum præcipua. Plin. l. 18. 6.
 critico. Tradunt in Bacchis grana tantæ ma-
 gnitudinis fieri, ut singula spicas nostras æquent.
 De India, deque Panchaia, vel Panchæa, Ara-
 biæ felicis, five Sabæorum regione, G. l. 57.
 140. Hæc loca non, &c.) Colchidem intel-
 ligit, in quam profectus Jason, vellus au-
 reum in Martis luco suspensum diripuit;
 domitis, & ad aratrum alligatis ignivivis
 tauris: feminatis hydri dentibus: occulis
 militibus, qui statim ex filo semine erup-
 erunt: interfecto denique dracone, velloris
 custode: quæ omnia periclit herbarum qua-
 rundam virtute, & arte Medæ, Ætææ re-
 gis filiz, qui custodiam illam velleri suo
 appulerat. Ovid. Met. 7.
 143. Mæsticus.) Mæsticus mons in Campa-
 niæ vini ferax. De Baccho, Ecl. 5. 30. 69.
 146. Clitumne, &c.) Clitumnus Italiz flu-
 vius, in Umbria: in Topinum primo annem,
 mox cum eo in Tiberim labitur: in eo la-
 vabantur victimæ, eoque dealbati putaban-
 tur: victimæ enim Jovi Capitolino in trium-
 phis non immolabantur, nisi candida. Notat
 Funeb. l. 29. 26. Clitumnus hic pro Deo, non
 pro isto flumine accipit: siquidem dicitur,
 100 cum flumine accipit: siquidem dicitur,
 fluminis præfex, cui extrudum in eius ripa
 templum ait Plin. Ep. l. 8. 8. Velut ipse Ju-
 piter, qui Vibio teste, Clitumnus dictus et-
 iam est. Maxima taurus, &c.) Victimæ dic-
 tæ olim sunt majora animalia, in quibus ma-
 ximus est taurus: hostiæ minoræ, ut oves,

Romanos ad templa Deum duxere triumphos,
 Hic ver assiduum, atque alienis vicibus æstas.
 Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbor.
 At rabidæ tigres absunt, & sæva leonum
 Semina: nec miseris fallunt aconita legentes:
 Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
 Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
 Adde tot egregiaz urbes, operumque laborem:
 Tor congesta manu præruptis oppida faxis:
 Fluminaque antiquos subterlabentia muros:
 An mare, quod supra, memorem; quodque alluit infra?
 Anne lacus tantos? te, Lari maxime; teque
 Fluctibus & fremitu asurgens, Benacæ, marino?
 An memorem portus, Lucrinoque addita claustra,

Atque

præteresse Romanos triumphos ad templa Deorum. Hic est perpetuum ver, & æstas mensibus
 non solitis. Bis pecudes partium; bis arbores ferunt fructus. Sed tigres ferocis hinc absunt, &
 erudelis proles leonum: nec aconita decipiunt miseris colligentes: nec serpentes squameus magnis
 gyris repti humi, nec tanta longitudine se convolvunt in spiram. Adde tot urbes illustres, &
 difficultatem operum: tot oppida manu extructa in altis rupibus: ut flumina subterant veteres
 muros urbium. An laudabo mare, quod alluit Italiam supra & infra? An vero lacus tam
 vastos? te, o magne Lari; & te, o Benacæ, intumescens fluvius & sonitu marino? An lauda-
 bo portus, & moles objectas lacui Lucrino,

o mare

NOTÆ

143. Templa Deum.) Capitolium, Jovi fa-
 bricum.
 150. Bis pomis utilis arbor.) Hyperbole quib-
 buldam videtur: est tamen aliquid apud Plin.
 l. 16. 27. & Varronem l. 1. 7. de malo bife-
 ra apud Consentiam, Brutiorum in Italia
 civitate.
 152. Aconita, &c.) Herba venenosa: di-
 citur, vel juxta Solinum, ab Acone portu in
 Ponto, regione venenis infami; vel juxta
 Plin. Ovid. Lucan. a nudis gautibus, ubi
 nascuntur, quæ dicuntur aconiti. Nascuntur
 & in Italia, teste Servio: sed poeta arte
 utitur at rem excuset: nam ea innuit non
 obesse, quia sunt omnibus nota, nec fallunt
 legentes. Sunt item serpentes, sed parvi
 neque tanti, quanti alibi: neque tanto squa-
 meus, &c.
 158. An mare, &c.) Gemino mari alluit
 Italia: Adriatico, quod superum vocant,
 quia est ad septentrionem, superiorem no-
 bis mundi partem; & Tyrrheno, quod infer-
 rum; quia est ad meridiem.
 159. Te, Lari maxime; teque, &c.) Lacus
 commemorat duos. Primus est Larius, Lago
 di Como, in ducatu Mediolanensi: qui patet
 in longitudinem ad 30. milliaria, bicornis
 versus meridiem: & altero quidem in cor-
 nu Comm urbem habet. Secundus est Bena-
 cius, Lago di Garda, in agro Veronensi. Min-
 cium fluvium ex se emittens meridiem ver-
 sus: oppidum alluens Gardam ad orientem,
 unde ipsi nomen. Lario non multo longior:
 sed lætior; unde maris inflat agitari tempe-

Atque indignatum magnis fidoribus æquor,
 Julia qua ponto longe sonat unda refluxo,
 Tyrrhæusque fretis immittitur æstus Averni?
 165 Hæc eadem argenti rivos, ærique metalla
 Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
 Hæc genus acre virum, Marfos, pubemque Sabellam,
 Assuetumque malo Ligurum, Volcosque verutos
 Extulit: hæc Decios, Marios, magnosque Camillos:
 170 Scipidas duros bello: & te, maxime Cæsar,
 Qui nunc extremis Afiæ jam victor in oris
 Imbellæ avertis Romanis arcibus Indum
 Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus,
 Magna virum: tibi res antiquæ laudis & artis
 175 Ingreddor, sanctos ausus recludere fontes,
 Afræamque cano Romana per oppida carmen.

Nunc

Et mare circa illas indignans magno mugitu: qua parte aqua Julia resonat, mari procul repulso. Quæ Tyrrhenum mare intus in fauces Averni? Eadem Italia monstrat in venis, rivos argenti & metallum eris. Quæ auro multum abundavit. Hæc produxit bellorum genus hominum, Marfos, qui juvenatem Sabellam, & Ligures afflictos labori, & Volcos armatos verutos. Hæc produxit Decios, Marios, & magnos Camillos, Scipiones bello aperiens. Quæ te, o Cæsar maxime, qui summo victor in ultimis Afiæ finibus repellis molles Indos a Romanis viribus. Salve, terra Saturni, magna parens frugum, magna hominum: suscipio in tuam utilitatem res laudatas & excultas ab antiquis, ausus experire primus sacros fontes: & cano per urbes Romanas carmen Hæsiodi Afrææ.

NOTÆ.

164. Tyrrhenusque, &c. Avernus.) Tyrrhenum mare dicitur, quæquid ab ulque Tullia live Etruria, ad fretum usque Siculum, aquarum est. De Averno lacu, qui a poetis inferorum ostium habitus est. fulte Æn. 6. 237.
 165. Ærique metalla.) Plinius l. 8. c. ultimus, de Italia: Metallis auri, argenti, æris ferri, quandiu libuit exercere, nullis cessit.
 167. Marfos, &c.) De Marfo, Æn. 7. 750. De Sabellis, Æn. 7. 665. De Liguribus, Æn. 10. 185. De Volcis, Æn. 7. 803.
 168. Verutos.) Armatos verubus, id est, ex Nonio, brevibus & acutis telis. Liplius legit: afflictiunque malo Ligurum, Volcosque verutos: & est idem, verutum & veru: sed præfero communem lectionem verutos a veru; quomodo passim legitimus fontatos, a fonto, cinctos, a cinctu.
 169. Decios.) Familiam Romæ celeberrimam: ex qua P. Decius Mus, consul bello Latino, collega Manlio Torquato, cum utriusque consuli somnio obvenisset, eos victores futuros,

quorum dux in prælio cecidisset: tum collato cum collega somnio, cum convenisset, ut cuius cornu in acie laboraret, Dis se Manibus voraret: inclinante sua parte, se & hostes, per Valerium pontificem, Dis Manibus deprecari: impetu in hostes facto, Victoriam suis reliquit. Ita Aurelius Victor, Cicerio vero, Tufculo 89. testatur idem ab ejus filio factum bello Etrusco; idemque ab ejus nepote, bello contra Pyrrhum Epiri regem.
 170. Marios.) Cajus Marius, ex municipio Arpinate humili loco natus, triumphavit de Jugurtha rege Numidie, deque Cimbris: lepius Consul fuit: in septimo consulatu metuens imminentes ex Asia Syllam, aut morbo, aut voluntaria morte decessit. Marius nescit obitibus deinde a Syllam, cum per curiculum veller eflugeret, leptus ab hostili exercitu, mortem sibi conscivit in ipso curiculo, cum evadere se non posse animadverteret.
 170. Camillos.) M. Furium Camillum: qui de Vejentibus, decenni obfisione victus, triumphavit: Gallos Roma capta Capitolium obidentes vicit: alter Romulus dictus, pestilentia obiit octogenarius.
 170. Scipidas.) E Scipionum genere, duo præcipue insignes, Africani dicti: de quibus, Æn. 6. 842.
 171. Qui nunc extremis, &c.) Certe verus illos operi jam perfectio Virgilius atroxuit: nondum enim ullum ejusmodi bellum gesserat

Nunc locus arvorum ingenis: quæ roborâ cuique,
 Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.
 Difficiles primum terræ, collesque maligni,
 180 Tenuis ubi argilla, & dumofis œtulus arvis,
 Palladia gaudet silva vivacis olivæ.
 Indicio est, tractu surgens oleaster eodem
 Plurimus, & strati baccis silvestribus agris.
 At quæ pinguis humus, dulcique algine læta,
 185 Quique frequens herbis & fertillis ubere campus,
 Qualem sæpe cava montis convalle solemus
 Despicere: hæc fummis liquuntur rupibus amnes,
 Felicemque trahunt litum: quique editus Austro,
 Et silicem curvis invifam pascit aravis:
 190 Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes
 Sufficiet Baccho vites: hic fertilis uvæ,
 Hic lætici, qualem pateris libamus & auro,

In-

Jam locus est differendi de natura terrarum: quæ sit cuique vis, quis color, & quæ indoles ad certas quædam res producendas. Primo terra alpina & colles ingrati, ubi fertis argilla & lapilli sunt in agris spinosis, amant præquam vinctas oleæ sacram Dianæque, Oleaster plurimum nascens in illis locis, & campis operis oleis silvestribus, hoc indicant, hic terra, quæ pinguis est, & abundantis dulci humore, & campus, qui ferax est herbarum, & secundus ubere: qualem sæpe solemus videre in ima valle montis, in quam fluvii defuisti ex alii rupibus, & devolvunt litum fertilem: & campus qui adjungit ad meridiam, & altitatem incommodam curvis aravis: hic campus producit tibi aliquando vites volutas, & abundantes multo vino: hic ferax est racemorum & liquoris, qualem effundimus pateris averti, quædam

NOTÆ.

rat Octavianus, cum hinc libro primum feribendo poetæ operam daret. Omnino igitur de bello Asiaco, aut potius Ægyptio intelligamus. Primo enim Ægyptus Asiæ confinis est: deinde Indos, & Arabes, & Sabæos, inter auxilia M. Antonii & Cleopatæ fuisse memorat Æn. 8. 705. Omnis eo terrore Ægyptus & Indi, Omnis Arabs, omnes revertunt terga Sabæi. Neque vero Indi apud veteres, ut apud nos, exacta ratione funtuntur; sed promiscue pro calidarum plagarum populis. Unde Ovidius eos cum Æthiopiis confundit; cum dicit alibi: Persam deevaxille Andromeden nigræ ab Indis. Appianus in Annibis sumit pro Atris; ubi ait Annibalem jussisse, ut Indi centenis elephantis in Claudii castra irrumperent. Hyginus ait cap. 275. Liber in India Ammonem, &c. id est, in Africa, ubi templum Jovis Ammonem.
 173. Saturnia tellus.) Italia, in qua Saturnus latuit. Ecl. 4. 6. Æn. 8. 318.
 176. Afræam.) Ad imitationem Hæsiodi Afrææ, qui Georgica conscripfit, Ecl. 3. 40. Ecl. 6. 70.
 177. Nunc locus, &c.) IV. PARS. De arte discernenda nature cuiusque soli. Et l. quidem præceptum est, de terra apta olei, v. 179. II. Apta vitibus, v. 184. III. Apta pascuis, v. 195. IV. Apta frumento, v. 203. V. Apta ex arvo bis omnibus, v. 217. VI. Quo modo terra cognoscatur densa & rara, v. 227. VII. Salsa, v. 238.

VIII. Pinguis, v. 248. IX. Humida, v. 251. X. Gravitas, levitas, & frigida, v. 254.
 180. Tenuis ubi argilla.) Siccæ, nam est argilla pinguis, Ital. Terra arida.
 181. Palladia.) De Palladæ, Ecl. 2. 61. De olivæ vivacitate, G. 2. 3. Cur oliva Palladi sit sacra, G. 1. 14. Oleaster, est silvestris olea.
 182. Dulcique algine.) Servius: Ulgo proprie est naturalis humor terre, ex ea nunquam recedens. Bene autem dulci addit, ad discretionem amara, & salta: quæ ex Celsumella 2. 1. vitifero solo decescendebant. Ne, inquit, apertum vinum corruptum, & innoxia vitium vitiata quodam sacra ralgine coarctat. Et notat Afram nimiam illam aliginem, que est fluminum decursu oritur in vallibus, requiri a Virgilio, ex naturalitatis scilicet, quod ut plurimum ficcus est: a nobis enim garcola patris, & ticcior terra ad vites expetitur.
 185. Fertillis ubere campus.) Uber aliquando adjectivo fultur. Propert. l. 1. 22. Unctiva teris fertillis uberibus; & significat, facundus, copiosus. Aliquando substantivè, ut hic, & infra v. 234. vitibus almi aptus ubere erit, & significat ipsam ubertatem, five mammam terræ. Idque exemplo Honeri, qui l. 9. 147. acres appellat mammam terre, v. 181.
 189. Silicem, &c.) Felix silice, herba fruticosa, multiplaci radicum nexu ararum in prædit.
 192. Pateris libamus & auro.) Dissolutio est vocum pro pateris averti: quibus vinum exqui-

112
 Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
 Lancibus & pandis fumantia reddimus extra.
 195 Sin armenta magis studium vituloſque tueri,
 Aut ſœtus ovium, aut urentes culta capellas:
 Satus & ſaturi petito longinqua Tarenti,
 Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
 Paſcentem niveos herboſo ſumine cyncos.
 200 Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt,
 Et quantum longis carpent armenta diebus,
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
 Nigra fere, & preſſo pinguis ſub vomere terra,
 Et cui putre ſolum, (namque hoc imitamur arando.)
 205 Optima frumentis. Non ullo ex æquore cernes
 Plura domum tardis decedere plauſtra arator,
 Aut unde iratus ſilvam devexit arator,
 Et memora evertit multos ignava per annos,
 Antiquasque domos avium cum ſtirpibus imis
 210 Erunt: illa altum nidis petiere relictiſ;
 At rudis enituit impullo vomere campus.
 Nam jejuna quidem clivoſi glareæ ruris
 Vix humiles apibus caſas roremque miniſtrat:

quando pinguis Etrufcus inflavit tibiam eburneam ante aras, & quando offerimus Diis viſcera vicinarum in patuis curvis. Si vero magis amas nutrire armenta, & vitulos, & ſobolem ovium, & capellas, quæ exhauriant loca culta, quare ſilvas & remota arva Tarenti ſerſe lit, & ægros, quales infelix Mantua perdidit, qui nutriunt oves canidius in herboſo fuvio. Illi cui fontes non deſunt gregibus, nec herba: & quantum herbarum armenta depaſcent per longos dies, tantum ros humidus reddet per brevem noctem. Terra ſerme nigra & pinguis ſub vomere alte immiſſo, & cujus ſuperſicies molliſ eſt, (hoc enim perfectiſſimo aratione) optima eſt frumentis. Nullo ex agro videbitis plura plauſtra exire, lotus diſſicile trahentibus. Item illa terra, ex qua arator iratus abſtulit ſilvam, & diruit memora inſacunda multiſ annis, & conſiſt vetera latibula voluorum cum radicibus imis: ille ſugerunt in aerem, nidiſ veſtiſ, & campus, prius incultus, reſuſcit vomere impreſſo. Nam certe glareæ ſicca agrî deſitros vix proferat apibus parvas caſas & roſmarinum.

NOTÆ.

quiliſſimum Diis libabatur. De libatione Æn. 1. 740. Notat morem ſacrificiorum, eorum præcipue, quæ fiebant ad extra vicinarum conſulenda: quæ ars arſipicta diſta eſt: in qua principes erant Etrufci ſive Tyrrheni, qui ideo Romæ ad ſacrificia adhibebantur, cum tibia eburnea. Pinguis dicitur Etrufcus: vel ex vitio gentis: nam Catullus 40. 11. Aut parvus Umbra, aut oleſus Etrufcus. Vel ex vitio tubiſtium, quibus intumescunt genæ. Vel ex vitio ſacrificulorum, qui vicinarum carnis opinare veſcebantur.
 194. Lanctus (& pandis.) Vel patentibus; vel melius, extorum pondore curvatis & repandis. Reddere autem vrbum eſt ſacrificiorum: reddi enim dicebantur extra, ait Servius, cum probata & elixa aræ imponebantur. Tacit. l. 20. Luſtrata bore, & ſuper caſpitum redditiſ exitis, &c.
 196. Urentes culta capellas.) Moſus carum arbori exiſtatis, olivam lambendo quoque ſterilem faciunt. Plin. l. 8. 50. Culta G. 1. 153.
 207. Saturi Tarenti, &c.) Servius: Aut ſarvendi, aut quod eſt juxta oppidum Saturnum: Ta-

Et tophus ſcaber, & nigris exefa chelydri
 215 Creta. Negant alios æque ſerpentibus ægros
 Dulcem ferre cibum, & curvas præbere latebras.
 Quæ tenuem exhalar nebulam, fumoſque volucres,
 Et bibit humorem, & cum vult ex ſe ipſa remittiſ,
 Quæque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit,
 220 Nec ſcæbie & falſa lædit rubigine ferrum;
 Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos:
 Illa ferax oleæ eſt: illam experire colendo
 Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.
 Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo
 225 Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerriſ.
 Nunc, quo quamque modo poſſis cognoscere, dicam.
 Rara ſit, an ſupra morem ſit denſa, requiras:
 (Altera frumentis quoniam ſavet, altera Baccho:
 Denſa, magis Cereri; rariffima quæque, Lyæo.)
 230 Ante locum capies oculis: atque jubebis
 In ſolido puteum demitti, omnemque repones
 Rurfus humum, & pedibus ſummas aquabis arenas.
 Si deerunt, rarum, pecorique & vitibus almis

quemadmodum tophus eſper, & creta corroſa a nigris chelydri. Nulli agri dicuntur producere iam gratum pabulum ſerpentibus, & præbere tam carvas latebras. Quæ expirat tenues vapores & leves fumos, & bibit humorem, & ipſa ſponte ipſiſ illum ex ſe; & quæ ſemper reperit ſe propriis herbis, nec inſicit vomerem ſcæbrite. & rubigine amara: illa tibi implicat ulmos ſecundis vitibus: illa fertiliſ eſt olei: illam ſenties colendo, & aptam gregibus, & irachabilem vomere acuto. Talem arat Capua dives, & regio propinqua monti Veſuvio, & Clanius non commodus Acerriſ deſertis. Jam doceo quomodo poterit inaneumque aggroſcere. Si queris an rara ſit, an plius æquo denſa, (quia altera lona eſt frumento, altera vitibus; denſa magis frumentis, rariffima quæque vitibus) primo eliges locum oculis, & jubebis puteum deſodi proſunde in ſolido loco: deinde repones omnem terram in eundem locum, & complanabis pedibus ſummas arenas. Si non ſufficiant ad replendum locum, ager erit varus, & melior ad paſena & vitis almas: ſi ve-

NOTÆ.

mutationem, id eſt, in eo enituit & reſuſcit vomer. G. 1. 46. Sulco atrivius ſplendescere vomer.
 212. Nam jejuna, &c.) Ita coheret oratio. Terra nigra, & putris, aut ex qua coheret oratio: terra nigra, & putris, optima eſt frumento: nam glareæ, quæ huic contraria eſt, non eſt frumentaria, & vix flores producit. Glareæ, Ital. ghiaia, Tophus, iſto, lapis aſper & ſiccus, & terra & arena concretus. Creta, terra alba.
 214. Chelydriſ.) Sunt proprie teſtudinines marina, a γελω teſtudo, & βίω aqua. Apud Nicandrum tamen verli 411. ſunt ſerpentes, quæ modo in paludibus, modo in arboribus latent: unde Dracina quoque appellantur, a δρά quærcus. De caſtis & roſmarino, herbis coronariis, Ecl. 2. 49.
 224. Capua & vicina Veſevo, &c.) Capua, Campaniæ caput: unde & Capuam a capite diſtam putat Strabo l. 5. Virgilius tamen a Capy, Æneæ commiſſione, nomen eius deducit Æn. 10. 145. Hanc conſtat nulli terrarum ſoli bonitate poſſibendam: fuiſſe autem olim inter tres maximas urbes, Romam, Carthaginemque numeratam, teſtatur Florus l. 1. 26. Veſovus, Veſuvius, & Veſuvius, mons Campaniæ prope Nolam, mire fertiliſ, præterquam in caeumine, unde ſæpe ignes emittit: nunquam vehementius, quam imperatoris Tito: quo tempore Plinius Hiſtoria naturaliſ ſcriptor, qui cognoscendi illius ignis cupiditate eo ſe contulerat, fumo ſtammiſque exſtinctus eſt.
 225. Ora jugo.) Dicitur, ut naſrat Gellius l. 7. 20. ſcripiſſe primo Virgilius: Nola jugo, ad laudem Nola, urbis Veſuvii vicine; icd poſtea deleviſſe, propterea quod Nolani aquam ipſi negaſſent ſuam in rus, quod erat in propinquo, deducendam.
 Clanius non æquus Acerriſ.) Acerriſ, Acerriſ, antiquiſſima Campaniæ urbs, non longe a Neapoli: hanc præterſiſt amnis Clanius, cuius frequens inundatio pene nece inſperdam exhauſit: unde ipſe non æquus Acerriſ, & Acerriſ vacua hic dicitur.
 229. Cereri... Lyæo.) De Cerere Ecl. 5. 69. Lyæus, Bacchi nomen, a λύω ſolvo: quæ curis ſolvat & liberet.